

rum indignorum protervitas clarescit, & condemnatur: dicitur amorem, quod odium, & obsequium, inimicorum officium; quippequam mavult sibi detrahi de splendore virtutis, quam dignorum specimina ostendere maioris improbitatis.

29 Difficile respicit, qui odium, quasi amorem agnoscit. Projecta in dilectos manet charitas, & etiam pertinax; igitur neque illos ingratitude piget, neque platum tot vulnere penitet. Amare, & non amari, exercitium est patientiæ. Amare, & odio haberi, summa demonstratio fidei. Odio haberi summo, & super summum odium prevalere diligenti obsequio studium; amoris profectum maximum. Patet: Habet ingratos in pectore, etiam postquam expiravit in cruce. Aquæ sunt populi, & Exiit sanguis, & aqua è lateris vulnere. Haud exirent, nisi ipsi ostium aperirent, & impetere sese expellerent. Odientes fugere intedeabant amantem: & Iesus, ut validiorem odio ostentaret amorem, vel fugientes à latere custodiebat in corde.

30 Etiam est in alio studio dilectionis summa summitas. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam (ipse dixit) ponat quis pro amicis suis. Maior adhuc prestat fides eximia sui coflagrantis pectore, ubi animam suam ponit etiam pro inimicis. In concilio illo Thabotis (ubi prudentissimi Synedri) argumentum erat mors Salvatoris. Visti in maiestate dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. Aliqui Interpretum excessum dicunt amoris, mortem crucis: sed pulsat animum, cur mortem plaudunt amoris excessum? Non sufficiebat dicere amorem, quin insignirent amorem supercedentem? Summus plauditur, qui vitam proterit: & non est ultra, si pervenit ad summa. Ubi non est maior, erit excessus? Maior charitas est pro charis perdere vitam: ac dicitur excessus dilectionis mors ipsa crucis; quia excedit maiorem dilectionem charitatis, vitam dare pro inimicis. Summum fidei in dilectos apparet, subire mortem; & dum pro ingratis Christus patitur crucem, plaudunt amoris excessum ipsam demonstrationem; siquidem haud videretur diligenti summe obsequium, nisi aliquid studiosè adderetur ultra summum.

31 A summo usque ad summum est phrasis in Scriptura, quasi vehementis amoris loquela. Cogitat cor flagrans insueta, & perficit mirabilia. Non excluduntur ab humiliori forte vel indigni. Cogitat nova in dilectos, & mirifica in ingratos. Unde dum

Christus patitur, eius passionem Elias & Moyses iure demonstrant amoris excessum, pertingentis à summo obsequio usque ad summum: etenim à summo, quod est, ponere animam pro amicis: pervenit usque ad summum, quod est, dare pro adversariis. Hic Rota est in medio rota: igitur operatur pro inimicis, ipsam demonstrationem, quæ pro dilectis. Non ultra in circulo rota est & in medio rota est alia rota; quia post extremum plus ultra. Pro ingratis etiam profunditur sanguis pretiosior, ut demonstratio fieret ingratitude clarior, & charitas quia pro illis afflictior, projectior, & pertinacior, rutilaret sublimior. Audacter retorquebo Ethnicum, in Eumach. Act. 1. Scen. 1. v. 12. & 24.

Te ultra (Synagoga) accusabit, & dabis ei
Ultra supplicium. O indignum facinus! Nunc ego
Et illam scelestam esse, & me miserum sentio.
Et tudet, & amore ardeo: & prudens, & sciens

Vivis, videsque pereor, nec quid agam, scio.
Quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt. Inventa hæc si tu
posules
Ratione certa facere, nihil plus agas.
Quam si des operam, ut cum ratione insanias.

DIDASCALIA II.

Nulla servitus turpior, quam voluntaria.

1 Ure dixit Seneca Epist. 47. Pessimum, quod laxet ratio habenas dominationis credita; maxime circumspiciens mala, quæ sustinet servitute. Alius (insit idem ibid.) libidini servit, alius avaritiæ, alius ambitioni, omnes timori. Catena voluntaria, non indicatur catena, quasi accepta pro lubito non essent vincula sed miseriam falluntur: etenim si incedat tyranno vel à iudice sunt dona infelicis fortis, amplecti spontè, quæ sunt fortis infelicis, erit amentis. Lamentabile, servum nasci, servum inimici esse: quid ergo voluisse? Molestia patet necessitas, & est iocunda voluntas? Semper enim est servitus: ceterum turpior, quia avidè à liberis, sine deducto amittitur, quod à servis vi oppressis desideratur. Non ultra progredi videbatur calamitas, atque in affectibus rationi dominantibus, amplior innorescit infelicitas.

Seneca amoris suavitatis extra ultra summam progredietur. Ez:ech. 1. 16.

Dolor cordis quod homines exultent malis.

Terentia

Seneca

Vincula esse voluntaria sunt vincula

Rationes servitus ignominiosa.

Ser-

Servire debent, quia mancipia nati. Regunt sopita ratione: & maxime dolet (tanquam indigna intellectus projectionis) rationem servire voluntarie, velint nolint, servituri. Tactus dolore cordis exprimitur, cuius delicia, esse cum filijs hominum. Quid mirum? Omnis quippe caro (id est, homo, ut vidimus in Exposit. Lit. num. 28. Quanta malignatus est inimicus in sancto, ut homo insignitas per rationem, designaretur per carnem!) corruperat viam suam. Via carnis est subiectio dominatrici ratione: corrupta fuit, ubi visa ratio in humili affectionum servitute. Hac homines exultabant illa, libertate cum subiectione gaudebant. Permutant cum injuria rationis in corruptela carnis, nomina libertatis & servitutis: servitus fiebat plausus: & Deus tangitur dolore cordis intrinsecus, eò quod turpiorem voluntariam servitute plauderent ut libertatem. Nemo regere potest, nisi qui & regi: dixit Stoicus lib. 2. de Ira cap. 15. Perperam regere sese quibant, qui ita regi à regendis malitiose bolebant. Dixit floride Claudian. in IV. Honorij Consul. Panegy. vers. 259.

Gen. 6. 6.

Vete 11

Dolor cordis quod homines exultent malis.

Seneca

Claudian

Apoc. 5. 10.

Non magnus qui prius cepit aliorum, sed qui sui.

quod regina ratio servis prona, sic subditis curva, propectè serva, cum nulla turpiore sit, quam servitus voluntaria. Verum de hoc late Tom. 5. Tautolog. 1. ad illud 3. Reg. 4. 1. Erat autem rex Salomon regnans.

3 Ne truncam expositionem relinquamus, occurrat etiam, quod qui in regno reges, designantur quoque sacerdotes. Tautolog. ergo ad servitutum promptior, quæ quis debet esse ex munere, quando se obligationem esse conspicit in reddenda ratione. Ubi summitas exponitur superioris regimini in regno carnis, pro specimine proferuntur sacerdotes: etenim ita debent esse irreprehensibilis immacolata vita; quasi non essent ex carne: imò quasi essent extra corpora, adhibe gementes habitatione terrena, habentes secum inimicos propter coronam certaminis; sed secum subter in splendorem virtutis.

4 Ex duplici elemento globum unicum constituit Deitas, quem ut magis miraremur, Fundavit terram super aquas. Ita Hebr. de quo Nos haud brevi epimus Tom. 1. Tautolog. 1. in Exposit. Liter. num. 15. Vulgata aptius proposito: Firmavit pro fundavit terram super aquas. Opus primum insigne, ubi firmum in infirma fragilitate; sed commendabile magis, dum opus ita mirabile claret in presentia candoris, & petulancia carnis: etenim firmitas virtutis utrinde mirifica, quando nititur in fluxa appetitum inconstantia. Super aquas & aquarum ætus & fluctus, pondus incremerata puritatis firmatur: & virtus in infirmitate ita perficitur; quod ster quasi non staret: ut ster super radijs mirè fulgentibus, ubi pretiosa summergentium fluctibus: ut ster, & quasi stabile fulerum periret & præter, ubi nihil nisi fluxum stare potest. Ad rem ergo.

2 Clarebit. Canticum novum auditur dicentium: Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus super terram. Hoc est, Super corpora nostra. Videtis Haye, River, Alap. & Alcazar hic. Perpende modò Regnum, & regnabimus. Regnum regitur à regentibus, regnantque sanè qui regunt. Unde ut innotescat quid sit propriè regnare, omni exclusa in regimine vel indulta servitute; simul in unum meditante convenienter reges & regnum, quia solummodò reges, quando reguntur. Nos regnum & regnabimus. Ecce exercitium & primum. Nos utique reges, & regnum, si regnamus super nos. Regnum nos sumus, & etiam regnamus, quoniam regere potest tantum, qui & regi: & nos ipsi potentissimi reges, si reges nostri. Regnum & regnabimus. Regnum corpus est, ubi dives regendi affectus, affectiones, & factiones: reges, leges, quibus moderatur ratio, si deviarent à recto: & ubi subdit regnum, in decorum regis & penes eum exponitur gubernaculum; quippe multoties reges contra leges & præscripta rationis subduntur subditis. Rebelligum subditorum fit rationi traditio: regeque dicuntur regere, & regnare, si ratio regnat in regno; quoniam absonum,

In aquis signatur lubricitas carnis, motus, crebrique fluctus; quorum alij transcurrentes, sed verberant: alij autem & intrane usque ad animam, in qua ratio eminet, quia constituta super. Vid. Greg. Magn. Homil. 24. in Evang. Ex his elementis discordantibus coalectur homo spiritualis, eruditus in schola virtutis; ubi magis cognoscitur homo, quia consistit in lubrico. Proponitur in illo structura undique spectabilis & mirifica, sicut in Macrocosmo globus ex terra & aqua: & ubi nihil aliud, nisi voluptatum lubricitas, ratio firmatur ficut terra super aquas; quippe ut homo vivat spiritaliter, terra quæ rationalis semper sit super.

5 Altit exponam. Aqua fluctibus captidicatis subest, quæ super motibus conatur ascen-

Ibid.

Sacerdos res illa ubi vere debent, quasi non essent ex carne.

Pl. 135. 6. Hebr.

Mirificum opus puritatis, inconstantia terra firma fragilitate.

Virginitas sit in lubrico.

Sit ratio semper superior.

Quid in amore maximum?

Ioan. 19. 34. Vel sanguis sequitur.

Ioan. 13. 23.

Que charitas in forma rei?

Luc. 5. 31.

Dare vitam pro inimicis est excessus charitatis.

Deuc. 4. 31.

ascendere. Terra pondere proclivitate, quia ratio coniuncta sensibus, nonnunquam trahitur, vehitur, allicitur, ut immerfa submergetur; sed firmatur super aquas labiles, ut in homine dominium pateat rationis: quoniam quidem mirum, quod frequenter fluctus cupiditatum rationem quam longe iactet; & ratio inflatu non fluctuet: quinimo sensibus fluctuantibus, simulque submergentibus, infeliciter immerfa, vel cum motibus magnis maneat immota. Ideo non aqua fundatur stabilis super terras; sed secus, stabiluntur terrae super aquas: sicut quidem non spectabile, quod fluxum fundaretur in solido, sed quod solidum firmaretur in fluxu. Firmavit terram super aquas. Dominij intellectus dispalcit sublimitas, simulque appetitus rebellis contrarietas: igitur est cum ratione sensus constituant unicum globum; sub semper debent esse, licet nobiscum. Acumen naturale rutilo lamina dicit. Destruetur fabrica rationalis, si in appetitus laxaret intellectus iura regiminis, sicut aqua stante super, inverteretur, & periret orbis: quippequam Deus qui dedit hominibus intellectum, constituit super aquas instabiles voluptatum.

Constituit sublimitas, quae

Appetitus sensibili sub sensu, licet nobiscum adsint.

Gen. 4. 7.

Sub te erit appetitus eius (id est, peccati) & tu dominaberis illius. Mysteriosa & rationalis connexio! Si dominaris, dominaberis; quoniam non dominatur, qui subijciendis subijcitur: unde ratio, qui voluntatem recrix, perpetram moderabitur, quando non fuerit superior. Modus dicitur; nec videtur homo, nec micat ratio. Semper debet esse super, cuius dignitas ita sublimior, ut calcari non possit, nisi inferior. Quid motus? Quid fluctus? Inter medium montium leguam (cum legibus fragiles firmantur ut montes) pertransibunt concupiscentiarum aquae, sed pertransibunt. Noli cedere, ne cadas; & noli sequi, ne cedas. Quam ingeniosè Monachorum Dux & Pater meus gratia Benedictus & nomine cap. 4. Regul. Sancti. Instrum. 58. deprompsit! Desidera carnis non perferre, commendat: Haud dixit, Non habere, sed non perferre. Non habere, est impossibile: omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, quia ex carne peccati: non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, clamantes: Quis nos liberabit de corpore mortis huius? Si illud impossibile; non perferre, est in nostra potestate: & ut sic magis in potestate nostra, petulantia carnis comprimere desideria; Pater Sanctus praecaverit opus, non impetus: igitur ratio tunc perfectiorem habebit libe-

Ratio ita est sublimior, ut calcari non possit nisi inferior.

S. Be. ped.

Tunc habet perfectiorem, quoniam carnis desideria non habent.

tatem, ubi desideria carnis non habuerint perfectionem. Ex nobis ipsis gerimus unde certamina toleramus. Ex desideris habemus pugnam: ni perferantur, victoria: & nequaquam dicitur non habere, sed non perferre; ut dominatrice ratione, victis desiderijs carnis, nanciamur salutem arte ex inimicis nostris.

7 Intuitum documenti attentè consideremus, quem ex Sacra pagina profert cap. 7. grad. humil. 1. Post concupiscentias tuas non eas: minimeque, Post te non est concupiscentia. Hoc non est humane potestatis, illud autem non est hominis. Cum illis semper eundem: post, vel ante, est propudium, vel trophaeum, igitur in huiusmodi differentia vel ruina, vel victoria. Nolunt (ait Augustinus. Sermon. 45. de Temp.) Post te ire? Noli post eas ire. Si velint post te ire, non erunt, quia mentem tuam non rebellant: rebelant? rebella? pugnant? pugna: expugnant? expugna. Hoc solum vide, ne vincant. At quare? Nè ratio patiatur servitutem, exerceens dominationem: languescit quippe virtus: ubi rex servus, & ita servus, ut patiatur imperium prociatissimum servorum, quo turpius nullam imperium. Verum unde timor? Nota: Ire post aliquid, est in desiderijs stiteret appetere, violenter vehi, vel raptim trahi. Ire ante, est regere, iungere, & liberè dominari: unde S. Benedictus ait: Desideria carnis ne perferas: id est, Post concupiscentias tuas non eas: etenim rationi dedecus, quod serviat servitium domina desideriorum: quod officia mancipiorum gerat, cui congruit iare extorquere servitia: quod homo non sit homo: illico ut pravalet caro; quandoquidem non solum patitur ingratum, sed indignum: igitur lamentabile, dum prestat conditionis rationalis nobilitas, ire reprimi post concupiscentias: cum post eum uti mancipia servituti destinata, debeant vel reprimi trahi, vel impelli desideria. Hinc, vividissime: Es infelicitas, que debiendo eas per naturalis derocho, per sus passiones ande el hombre arrastrado. Sub eiusmodi tyrannide homo que patietur? Fallor: quæ non patietur? Si ita serva, quid domina? Gladius in manu furiosi, curius præcipit equi.

Ecl. 18. 30. 3. Be. nec.

August.

Quam misera rationi servitium dicitur prociatissimum appetitum

Non invenitur voluptas in voluptatibus.

Stimuli rationi servitium peracui.

Ibid.

Plurimum patitur in cupiditate tyrannide a ratione quam a tyrannide.

Thren. 1. 3.

virtutis: habitavit inter gentes, nec invenit requiem. Car non? Si de requie, uti affecta voluptatum fatigat, proculcato legum iugo, ad libitum obtinet: quomodo nanciamur, non invenit? Quia requiem in anxietate quaerit. Hinc atque hinc, subter superque premetur angustijs. Militia est vita hominis super terram: si partes sequitur legis, incursum perperit voluptatum, atque desertor sustinet victorum imperium. Requiem animus sollicitabat in requie, & nullatenus in legum observatione. Gravabatur legibus, verum magis premebatur voluptatibus: etenim corruptela morum requirens requiem, acerbiorum in requie invenit amaritudinem. Propter multitudinem servitutis, secutus est inconsulto vexillum cupiditatis: in qua, proclivitate & indulgentia genij, cupidine indolis prolubiose, animus lassus & laxus intendens a legibus sublevamen, offendit afflictionem, ac duriorum servitutem.

9 Supperit causa. Aliter regitur homo, ubi sequitur voluptas rationem, ac ubi ratio sequitur voluptatem: illic itaque sequitur, & hic trahitur, & simul despiciat: igitur caro adimitur Agar dum rationis consensum concepsit videtur, concipit insolentiam, & despiciat Dominam. Dum cor abit post concupiscentias, non habet amicas: siquidem in obedientem hominem exerceat tyrannidem; & insuper ratio pressa eiaculatur corda, intrinse & mordicis stimulantem conscientia. Quid mirum, si requies non inveniat, dum simul ab amico & inimico petitur? Dicit Propheta: Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Status voluntarius perplexitatis. Verum quænam angustia cum voluntate? Num persecutores, quorum sequitur partes? Utique. Inimica ratio, si sequitur voluptatem. Adversa voluptas, ubi sequitur legem. Repugnat lex peccati rationis legi; ut animam deponentem libertatem, detrudat in amaram servitutem: ibi ratio de illis & propria captivitate cum anima queritur, quæ moribus plus a ratione, quam a tyrannide patitur: habet enim aurum Tolosannum in possessione cupidinum. Cupiditas ergo (vel quia timer animam avolare in propria castra, vel quia illi rationis nonnunquam condicio dura) quam semel vel insidiosè capit, in vinculis, & maxinis tribulationibus detinet, indulgens genio cupientis, ut crebris erroribus artibus magis retundatur vinculis, quousque gaudens morbo, læta contagio, sopita periculo, potius veterano, sibi gratuletur de victorum consuetudine, quin revocetur a

mente, nec possit submersa de compedibus exire. Ecce status, ubi anima comprehenditur inter angustias, quæ undique imbellem expugnat dira calamitas. Omnes sunt persecutores, & cui obsequitur, & cui non murrigeratur. Mens, quia sequitur legem corporis; cupiditas, quia sequitur legem carnis: cuius imperium ita vel servis ingratum, ut qui exactius cupiditatem perficit legem, comprimitur proiectè in duriorum servitutem.

Empta nocet dolore voluptas. Canit Horatius lib. 1. epist. 2. v. 55. & Lucretius lib. 4. de Rer. nat. v. 12. Ovas pocula circum Contingunt mellis dulci, flavoque liquore Ut puerorum ætas improvida ludificetur Laborum tenuis. Interea perperat amarum. Absinthij lateam, deceptaque non capitatur. Ita enim voluptas ludrica, & insidiosa, ut specie voluptatis sit argumentum doloris.

10 Haud alia sagitta vel amaritudine percussus apud Ieremiam exclamavit Ephraim: Postquam ostendisti mihi, percussit femur meum. Misericordia fuit, quod Deus ostenderet, ut punctus cognosceret; & quod cognosceret, ne insipienter periret. Percussio femoris penitentiam, stuporem, & subitam vi cognitionis percussorem animi exprimit: quod Latini explicant interiectione, Hem, Ha, Ah, vel Ob; Hinc, Pessita tal. Unde Ephraim in penitentiam cœlestis, intrinsicè tangitur dolore cordis, ut illud irradiat lumen mentis; quia pudor est rationalis, quæretur in pravis cupiditatibus solidam voluptatem, & pretio libertatis invenire dolorem. Penitet fatuitatis, quippe non cognovit, emere servitutem; intendens in concupiscentijs libertatem. Penitet comprimere, ubi cupiebat regnare: & ita esse illusum lenocinis voluptatum, quod non cognosceret dolos insidiantes cordi, sub pellucido velamine turpis illecebre.

11 Fit liber, quem scribit cogitatio de legibus libertatis, pro privilegij libidinis, In ore mel dulces; vel gaudia imbuta felle: patet namque amaritudo cordis, ubi titillabat phantasia dulcedo mellis. Observa, non dicit: Sicut mel; sed Sicut mel dulce, quasi vel esset amarum: de quo suo loco, Tom. 4. Tautolog. 11. Optimè: voluptatum dulciores nequaquam sunt voluptates. Insinuant modificationem, & Propheta, & Evangelista. Ille ait: Tanquam mel dulce; ille, Sicut mel dulce. Inducatur fraudulentia, & cogitationum artificiosa fallacia: igitur peccatori re verè erat amaritudo, quod quasi mellis dulcedo ostendebatur liguritori palato.

Undique sagitta = 100.

Horata

Lucret.

Ierem. 32. 19.

Pangli animam nimis, emere dolorem sub figura voluptatis.

Ezech. 3. 3. Mel vitiarium fit.

S. Bened. pcd.

to. Expresit vigilantèr N. Legislator Benedictus ubi supr. cap. 7. grad. 1. *Mors secus introitum delectationis posita est.* Delectationibus gaudet animus, volatilibus desiderijs flupidus. Vexatio dat intellectum dolore, atque voluptate ingrata: unde evigilat despecta in fervore concupiscentiarum penitentia, quasi qui fatagens de dulcedine mellis, labore invenerit amaritudinem mortis. Propter huiusmodi fraudem inter monita, cap. 4. *instrum.* 12. inserit: *Delicias non amplecti*: potius aspides. In his cognoscitor, vel cicuribus toxicum, in illis sub dulcedinis larva lateat venenum, ubi qui captus mente, agitatus voluptate, allectus delectatione, fatuè cogitat amplecti delicias, amplexabitur molestias. Quid quod semur fallacium amicum perentiat in insidijs, dum cor altè sagittatur avitis delectationibus? Mirum ne quod argumentum doloris sit materia penitentijs? *Iam sibi penas dedit qui peccavit*: dixit Seneca lib. 2. de Ira, cap. 30. arguteque, & aptius in *Hercul. Parent. Act. 3. v. 642.*

Non dulcedo, sed amaritudo.

Idem.

Non delicia, sed molities.

Seneca.

Idem.

Dobitas penas dabit.
Lentum est, dabit: hoc quoque lentum, dedit. Dedit utique: etenim qui voluptatibus modo subdit liberum collum, abundè dedit in subiectione penarum.

Rom. 7.

5.

Que passionet peccatorum sunt.

12 Audi Pauli insigne testimonium. *Cum essemus (ait) in carne, passiones peccatorum, que per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.* Passiones peccatorum, merito dicit. Merito Passio est nocivi, & oppositi acerbitas, minime concupiscentiæ voluptas. Materia peccati voluntati proponitur ut quid utile, & licèt sine commodo, verumtamen delectabile: adhucque qua videntur carnis desiderijs delectabiles leges, iurè vocantur peccatorum passiones: quia si perpenditur voluptatum veritas (etiam dum maior obtinetur voluptas) apparebit potius tormenta vera, in quibus corda torquentur; quam delicia excogitata, quæ affectus oblectantur.

Non sunt carni blandimur, sed cruciantur.

13 Praterèa. Allicit titillans desideria dolus, & blandus, dolorem deürans hilaritate vultus, in phantasia seu cogitatione intentionaliter fictus: aliter apparente studio fraudulencia, totis viribus averfaretur anima. Illecta igitur bractea, quæ spectavilem reddit errorem, vel dulcoratam ostentat amaritudinem; papilionum adinstar fatuè cogitat, flammam voluptatis lucere, sed non comburere. Unde Paulus in commendationem cautionis, vel in revocationem rationalis penitentijs, passiones vocat

gaudia voluptatis; quoniam tormenta difficilissima patitur, vel qui voluptuose fiunt: siquidem ubi cogitat, & quod cogitat carni blandimen, in acerbiorè penam obviat cruciamen.

14 Deinde. Passiones hic dicuntur pronitates, & propensionis genij, vel indolis, & etiam tolerantia, seu virtus fortitudinis in malis. Appositius dicam: Passiones sunt mala, quæ sustinemus, & bona, quæ proclivè desideramus. In his quæ desideramus, sustinemus; quia dum studemus voluptati, fructificamus studiosè morti. Æquivocum passionum revocat cogitationes rationalium, & exprimit nocuum concupiscentiarum studium: quandoquidem præcordia dilaniant ipsæmet cogitationes, quæ volantes delectant. Fiant rationis decepte sagittæ, desiderata passiones: sunt cruciamina affectus improbi carnis, qui ita sagittant porporatum intellectum; ut pateat mors, ex qualitate vulnerum.

15 Ulterius. Qualia erunt tormenta, si talia gaudia? Supplicium est pœna peccati, passio supplicium, & crimen voluptas cogitationum, & sensuum. Quo igitur pacto erunt passioum supplicia, passioum delectamenta, & voluptatum passiones ipsæ cogitationis voluptates? Est carnalibus delictijs conditio ingentia; quia mors secus introitum delectationis posita. Hinc expulsetur ingrati cordis amaritudinem, qui quis ultrò accedit ad carnis oblectationem: igitur fraudatur, vel concupiscentiæ studium, dum ratio non cognoscit propter illicem hamum.

16 Denique. Totum documentum, quasi sagittam Paulus eiaculatur in eum, qui sola delectatione sensuum cuncta metitur. Supplicium retur voluptuosus adventurum post crimen, quin arbitretur penam criminis comitem; quasi longè esset amaritudinis tormentum à gaudio fallaci delectationum. Nemo crimen meditat in peccore, quin Nemesim non à tergo, verum gesserit in corde. Vide Iust. Lipl. de *Constant.* lib. 2. cap. 13. & dicit Gentium Doctor peccatorum passiones, carnis turpissimas rationali voluptates; quoniam simulac ultrò amplectitur delicias, dat estò invite inlissimas penas. Dat? Imò dedit, dum perperam cogitavit: quippequam in propudium aberrantis voluntatis, quos affectus eligit ex abrupto, sunt passiones.

17 Quicquid mortales appetunt, ut laxationem animi, sunt torciones in euleo conscientie ab appetitu torrorè. Respiciete: ægè porro animus ferrè quid fraudulen-

Trabi in delicias est trahi in penam.

Mors irrepit ubi delectatio patet.

In concupiscentiam voluntatis, gaudia concupiscentia involvantur passiones.

Hebr. 12. 15.

Germe voluptatis est radix amaritudinis.

Que videntur in effugium vincula pili, sunt adamanina carnea.

2. Reg. 18. 9.

Ubi vol cogitationes sunt compedes.

Rom. 7. 6.

Ratio habet libertatem, dum concupiscentia servitutum.

lentiam; dum cogitat voluptatem intimè amicum. Ideò dicitur à Paulo: *Radix amaritudinis fursum germinans.* Blanditur, ut desideretur: desideratur, ut adveniat: advenit, ut placeat: placet, ut malecat: mulcet, ut fallat: fallit, ut torqueat: etenim expectata voluptas, cumulus oblectantium, est radix amaritudinum. Non solum amaritudinum radix, sed *fursum germinans.* Apè. Non deorsum, versus voluptatum regnum; sed fursum, adversus rationis principatum: quem quidem perdere conamibus cogitant; licèt in ipsi machinationibus pereant: & necit Paulus radicem voluptatis amaram, ac expugnationem affectuum rebellium in rationem dominam; quoniam quicquid radix, concupiscentia carnis, conatur contra rationem, necesse est, ut germinat dolorum amaritudinem.

18 In servitutem redigere fatagunt dirigentem intellectum, ut liberè vagetur in illicita, desideriorum prolubium, ac non peniteat, quòd passiones appeteret, ubi voluptates primo factu cogitavit. Proh dolor! Intellectus quasi Abalon suis suspenditur capillis in quercu cogitationis: igitur quæ fuerunt lenocinia inania, ut caderet; impediamenta fortia fuerunt, ne fugeret. Pili impedimenta pendebat: sed pependit, quasi capilli capitis essent funiculi triplices. At pendit. *Abasse* (dicitur) *caput eius quereui.* Non aliud nisi caput, ubi rationis sedes; quoniam sunt impedimenta ipsæ cogitationes: & ubi impendit periculum, ratio ligata crimine caspitur secum. Quid fiet vitiorum catenis, qui suspenditur capillis? Non aliud, non nisi caput intellectus thronus; quia in rationali criminibus amittitur intellectus. Quid non curreret mulus passionum, agitante voluptate, suspensa licèt capillo ratione? Hoc suspendium, quod non eligit anima sancta, indicat summisionem rationis in illecebrarum obiecta, ut laxis habenis, in rationem dominetur cupiditas: etenim nullo modo subiret vel inreperit mortem, ni prius indignè affectuum pertulisset servitutem.

19 Passiones peccatorum, ut vidimus, operabantur in nobis, & subdit Paulus: *Nunc autem salvi facti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ut serviamus.* Solutio facta, ubi ratio noscit iniurias, voluptatum subdole fabricatas illecebras. *Soluti sumus*: idest, libertatem veram cognovimus: siquidem ratio affectui ligata cupiditatis, tormenta non discernit inter passiones. *Soluti sumus*, sed ita ut *serviamus*, at: libertas in servitutem? Servitus ligamen est;

& soluti sumus? Sanè: libertas in servitute, & servitus firmiter nititur in libertate. Affectuum libertas monstrat producere inanium cogitationum, incurfus propellens in carcerem, ut suspendat intellectum. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus; verum soluti sumus, ita ut serviamus: quoniam ratio habebit proculdubio libertatem, quandiu appetitus sustinuerit servitutem.

20 Huiusmodi tenore, & iugo legis, qui servi sunt servi, & qui domini domini. Homo decore nequit esse mancipium sui. Eric ne libertatis conditio, ubi à legibus adempta ratio, cum hæc affectui, & affectus subfir mancipio proprio? Nonne confusio, quòd serviat dominus, & dominetur servus? Adhuc maior, hæc servitatem dici voluptatem, & libertatem laborem. Tyrannis placeat, & oblectatio verissima displiceat? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis: talias habebis semper spem vacuum, & in ipsi voluptatibus tanquam in deserto concupisces nonnauquam concupiscentiam. Hac lege pactum est inter allophylum Goliath, & filios Isaac: *Vos servi eritis, & servietis nobis.* Ad quid servituti actus additus servituti? Ut cum dominatione iurè annexa potestati, erubescat ratio, quòd servos affectus habeat, & illi non serviat, cum in perniciem indulgeat. Cæterum hoc suo loco hic *Tautolog.* 12. vide interibi Hieronymi. *Epist. ad Simplician.* Ambrosi. lib. 2. de Iacob. & Augustini lib. 4. de *Civ. Dei*, cap. 3. Unde Iacob. Bill. in *Antolog.*
Solus peccator servit malè, qui licèt amplo Uratur regno, sat miser est famulus.

Ultima servitutum, servitutum mancipia.

1. Reg. 17. 9. Invidat ratio, quòd servitutum.

Iac. Bill.

Cum mens carnalis, nimis dominante tyrannorum. Tot servit sceptris dedita, quod vitij.

DIDASCALIA III.

Charitas incommoda aliena meditat ut propria.

1 **A** It Doctor Mellissius in *Sententij.* Amoris cælestis emblemata est: charitas ergo non querit que sua sunt. Haud sibi fructus gignit arbor dilectionis, sed ut fruatur vel pretereuntes. Astra æmulatur, ut obtineat motu coronam: creata enim sunt non sibi, sed ut illuminent terram: in Soleque charitas ponit tabernaculum suum, ut qui non sui, convertantur ad cor. *Que sua sunt non querit charitas, & ex versione Græca lucet huiusmodi proposita omisionis speciositas: Non querit*

Beza nard. 1. Cor. 13. 5.

Astra symbola charitatis.

Græc. & Ca- iet.
rit que sua ipsius. Eadem hic Caictanus. Rutilat momentum Heraclio lapide, ac asti- mationis pondere: igitur sunt ipsius que non sua; dum sua, aliena respicit comoda vel incommoda. In domo tua oportet me ma- nere, principi publicanorum, & præteriens dixit Christus: Perpende Oportet me. Te? Ad quid? Agrotus medicus, vel medicum oportet ægrotus? Arbitror cui desideratur salus: nihilominus tamen Christum oportet, dum Zachæo solummodo refert; etenim Christi charitatis semina, ut ipsius appetere que non sua. Nota etiam querelam Domini Abijt sibiinet super omnem montem excelsum, & fornicata est ibi: clamat Domini in prævariatricem Israël. Abijt in idola, & sibiinet, idest, in malum sibi: bene Domine, sed quid ad te de huiusmodi vulnere? Sentiant qui sentiunt: laborem perpetiantur, qui patiuntur. Si sibi construant malum, portent mala, que construant, doleant, lamententur, querantur: & tu quereris de eorum dolore, & scelerum plaga; quia amor tuus incommoda aliena meditarar ut propria. Sibiinet moliantur malum: & ita erga illos tua charitatis ingenita prævalet bonum; ut in eximie dilectionis indicem, & doleas de quo ipsi vulnerati non dolent.

Ierem. 3.
Tactus dolore cordis intrinsecus in prævaricatione humani generis describitur Deus. Offensus ergo iniustus petitur. Iure dolet: cur igitur addit Doloze cordis, & Intrinsecus quasi ad penetralia pectoris? Ut hominum magis prævalente malitia, Deitatis eximie confuset benevolentia. Dolet corde, dum offenditur, qui secleribus vulneratur: sed non dolet dolore cordis intrinsecè, ni offensor deficiat à penititudine, qua placatur, dum crimine pungitur. Est dolor ex iniuria, sed dolor cordis intrinsecus, si refugit penitentia. Doloze offendentis, offensus misecit doloze: sine dolore crescit usque in viscera mæror: ac in corruptela summa humanæ propagnis, Deus dicitur tactus dolore intrinsecò cordis; quippequam vel considerans criminum in Deum doloze pungentem, ex dolore illato nullam habebat doloze.

Gen. 6. 6.
Quid ex quo dolor intrinsecus cordis?

Psal. 68. 27.
Crescit in Deum iniuria, dum errati omittitur pe- nitentia.

te ingratitude hominis. Lenit vulnus inflicium fragilis homo, ubi errati accedit ingeni- penitudo. Dolorem vulneris auget, vel dum crimen, ex quo vulnus, non cognoscit; vel dum protereve defendit: igitur cervicose, quia fecit, faciet seclera turpi malitia, vel cæcè profectur ignorantiâ: unde cum apponeret vitijis iniquitatem super iniquitatem; super doloze vulnerum, & addiderunt doloze.

3 Succinit etiam Iobus. *Concidit me vulnere super vulnus, ita ut non esset iam novæ plagæ locus. Amplitudo doloris huiusmodi phrasè exprimitur: quare Ierem. 4. 20. Contritio (dicitur) super contritionem vocata est. Et Ezech. 7. 26. Conturbatio super conturbationem, ubi Septuag. Va super va. Etiam apud Propertium lib. 2. Eleg. 13. Non tot Achæmenijs armantur Sassa sagittis, Spicula quot nostro pectori fixit amor.*

4 Deinde. *Patiebatur, & compatiebatur. Patiebatur mala, que nemo pertulit, & mira charitas fastulit. Compatiebatur de vulneribus, que sibi faciebant, corpus eius vulnerante, & se vulnerate necientes. Ignorabant mala, que sibi construebant ex ipsis malis illatis: quin cogitarent, amplius sibi nocere cogitatis offensis. De utroque satagiat patiens, & dolens: sed charitas plis mîranda, ubi compatiens; quoniam amplius merebat de vulneribus, que ipsi recordes sibi offensis parabant; quam que ingrati, & capiones in medicum inferebant. Tolerabile quidem videbatur præ excellenti charitati, tot iniurias intollerabiles pro inferentibus anxie, lubito ferrè; sed ægrè ferebat, quod*

Iob. 17. 15.

Pro- pter.

Ber- nard.

Est illi vulnus super vulnus.

Egred ferti charitas, quod offenden- tes, offensi sibi dicit pœnari.

quod persequentes excè, essent carnifices sui. Illud erat, torquere membra; hoc, exulcerare vulnera: & dum sua ignorant, intendentes in aliena; Christum, qui aliena meditabatur ut propria, studentes criminibus, considerunt dire super vulnera vulneribus: vulnere malitia, super vulnus offensa: vulneribus compassionis, super vulnera que pertulit in ligno crucis: vulneribus insipientia erga commodum proprium, molientes alienum malum: quod ita cor cuspidè charitatis trasfedit, dum tot tormenta, & offensas cor ingratum cogitavit; dum tormenta patientis corporis conciteret stru- cturam, gladius compassionis de obilitatis pertransiret usque ad animam.

5 Denique. *Non queritur de vulnere faucium undique pectus, sed de vulnere impacto super vulnus; quasi ferre non sustinet huiusmodi doloze super doloze: de quo etiam Orho Vanius Amor. Embl. 76. Iugiter hoc ferit illa, facitque in vulnere vulnus.*

Cur igitur qui proposito gaudio sustinuit crucem; ex vulnere vulnus, acerbius vocat cruciam? Ex dictis coalescit difficultas abtutor, quam nemo delicabit nisi amor. Vulnus est offensa Dei, in quem insargit transgressor proitra lege: vulnus super vulnus, damnum, quod libi peccator infert, commisso crimine. Quare nam dum dolores proprios devorat pectus, dolet, si alienum, de vulnere super vulnus? Non est alienum. Charitas Christi urget, igitur dolores nostros ipse portavit. In Deo dolor est offensa, sed penitudo cordis quasi non esset illata. Dum dolet peccator, Deo de vulnere non dolet; verum sine respicientia vulnus, quod offensa facit, in pectore recrudescit: unde Christum in cruce pendentem, & videntem ipsis malis populum exultantem, super tot vulnera sensibile percusserunt vulneres; quippe dolebat altius de non dolore.

6 Intende in querimoniam, & intelliges eius dilectioni iniuriam. *Dolor meus super doloze, in me cor meum marens: dixit per Ieremiam. Implicant voces gravitate amaritudinis. Dolor supra doloze non erit doloze? Si non doloze, de quo queritur? Si doloze, summam qui asserit mœstitudinem, quo pacto super doloze? Expressit populi cervicem incurvam, & cordis sui charitatem ingenitam. Convertere satagebat licet offensus corda aberrantium, ne vindicaret offensas capitis transgressorum. Dedit in ipsis dilectis amaritudinem, aperuit iniquitatem, ut in saniorum revocaret mentem, ac remitteret debita pœna, quicquid pectus*

haberet doloris culpa; igitur obliviscitur criminis, dum peccator remissificetur doloris. Frustra cogitatum, quia illis cor incircuncium. Percussisti eos, & non doluerunt. Dolor sequitur offensam in rationi, quippe nunquam iniuria penitudo non comire; ne qui vulnus spontè accipit à pessundatione legis, ad manum habet efficaciam medicaminis. In dolore spes salutis, quam Deus hominibus desiderat, inest; verum dolor illis abest: doluitque Deus in paratione criminum, quia prævaricatores non doluerunt; igitur crebris offensis lethalem fovabant vomicam, & nullam sine dolore inquirabant medicinam.

7 Percussit non doluerunt. *Quid mirum, si in charitate mæror, dum ab ipso dolore refugit dolor? Verum mirum, quod offensus doleat, cum offensor de offensus doleat. Percussit, & non doluerunt: ac dolet de non dolore; quia vel criminis felle perveherebant in crimine. Non est dolor similis illi doloze, dum non dolet vel percussit. In captivitate enim propter offensas, nec respiciunt, etiam dum sustinetur captivitas: & cor Dei summo vulneratur dolore, eò quod vulneribus læti minime tacti. Dolor iniuria est, sed non doloze ex iniuria, maior dolor. Unde cum nec respicerent, nec cognoscere vellent iniquitatem; dolor Dei erat supra omnem doloze, & acerbitas doloris supra omnem acerbicem: igitur si illi proprium misereri semper, & parcere; non dolentes summa atecerunt penitudo: etenim si explicabilis dolor, quem in corde thesaurizavit iniuria; non est quo exprimitur dolor, dum renouit penitentia.*

8 Perpendis tenerimæ viscera charitatis. *vel in triumpho Redemptoris. Ex monte Oliveti in civitatem Ierusalem Assessor N. procedens, etiam inter faustas gratulantium voces, ut exprimeret cordiolium, quod pertransibat animam; videns ebullentem flevit super illum. Super illum, non super se dulcia lumina plorant, & illo sciente que super se, quia voluit, ventura erant. Illi insidiabatur afflictio, quasi omnium cruciaminum coniuratio, usque in mortem turpissimam crucis, que quidem eam futura ruzne tanta civitatis. Mala propria, & mala aliena arcè circundabant cor: & flevit super illum, minime que saper se; quippequam modo illa à digno liberaretur tormento, tormenta, ac illata ab illa perpetretur, & ultro. Fletus exprimit cordis agitati doloze, atque in viro forti acerbicem originem. Unde eum esset pœna ex culpa, & pœna sine crimine propria (que etiam magna, minoe*

It. cap. 53.

Inspici- tia est in qua- rere noc- dicem in doloze.

Dolor summu charita- ti, si in peccatore abest penitenti- tia.

Luc. 19. 41.

Dulce pati amori, sine pas- sione in gratia.

Ierem. 3. 18.

Dolor cordis medicina crimi- nis.

Peccator sequitur penam, quam fugit.

respectu amoris, de pena civitatis ingrati-
simae dolentis) ostendens charitatis excellen-
tiam, & lachrymationis causam, largè flevit
super illam: igitur ita stupida crimine, de
quo Christus lamentatur; ut tormenta qua
fugiebat, velociter sequeretur.

V. 43.

9. Causas huiusmodi fletus continet
sequens emphatica Christi periodus. Si
cognovisses ait: Difficile convertetur ad bonum,
qui non cognoscit erratum. Thefaurizavit
sibi iram in die vindictæ, qui noluit intelli-
gere, ut bene ageret. Iuxta malitiam
cognitionis, minuitur intelligentia, & malitia
cognitio, cui iurè responderet pena in
commissio peccati. Minime malitia in populo
Israel orta ex ignorantia: ignorantia verò
ortum habuit à malitia, quippe cognoscendo
noluit cognoscere, sed studiosè ignorare.
Quapropter fletus Christus illius errores
(qua ignorabat cruciamen) de illa dixit merito: Si cognovisses; quoniam late-
bat tormentum: & fletu dignum, dum iudex
doleret de infensa pena, & luiturus minime
doleret de culpa. Anima perversa dum in
presentis vite oblectationibus se deserit,
quid aliud quam clausis oculis ad ignem wa-
dit? Ista Gregor. Magn. Homil. 39. in Evan-
gel. Unde de Amore Otho Varius Embl.
34.

Gregor. Magn.

Ob-
V. 43.
Non re-
fugit, &
precipi-
tia cog-
noscit.

Cacuses, & cacos pariter tu reddis amantes,
Qui clausis oculis in sua fata ruunt.
Si cognovisset, quæ nolebat cognoscere, se
utique liberaret à servitute, & animi amari-
tudinibus, quæ latitabant in ipsis voluptati-
bus: verum de malis in mala precipitaba-
tur cæcè videns, quin cognosceret cogno-
scens: ploratque Dominus, illam tot pericu-
lis exponi à peritis oculis mentis; quæ fuge-
ret, & deviarat insipiens vel clausis oculis.

10. Si cognovisses, ex præcæcis tormenta
discere posses; verum nec capite proprio sa-
pis: patetque extrema calamitatum, ubi vel
ipla vexatio minime dat intellectum. Si
cognovisses, ex magnitudine noxæ præcæcis
magnitudinem penæ: & quasi non esset
scientia in excelso, ita excæcis peccato; ut
non pertimescas condignam criminis penam,
dum in ampliore culpam peccus fo-
vet audaciam. Cognoscis & offensam, &
offensum; sed non cognoscis cruciamen sub-
secutum. Libera es, si cognovisses. Uti-
nam speres, & novissimum provideres! Sed
causa cades; quippequam perseverat auda-
cia, & cum peccati memoria. Malum utique,
si premit angustia infelicitatis (quæ plerun-
que factus proximi averfantis, vel sinistra
dextræ fortis) verum non est solatium in
tauta latente plaga, dum tibi ipsa disponis
laqueos, & vulnera.

11. Si cognovisses & tu. Et pro Etiam.
Quid? Ploratis utique, sicut ego ploro. Si
hoc est in viridi, quid erit in arido; Tu. Pro-
fectò. Ius enim erat, ut crimina ploraret, qui
commisit: nec rubore suffunderis, eò quòd te
commitente culpam, etiam offensus agam
pro te penitentiam. Tu. Tu prævaricatrix
perdisti dura cervicè. Ego contempseris te
quæsi, ac quæro benigno corde: patet be-
nignitas, & humanitas, dum ita deploro,
quòd deplorare debebas: ceterum angor
doloris cordis intrinsecè, quòd ita averfa
maneat, & me plorante. Mulet corda offen-
si amaly patientia; attamen in te indulgen-
tia omninò cassa. Nec favore revertaris, nec
beneficij curvaris, imò animos concipis ex
quo confingere debes. Putrida cordis ul-
cera, dum nocet indulgentia: sed dolet nimis,
testibus luminum lachrymis; quòd cum
debas dolore delere crimen, te exhibeas
peccatricem, & pertinacem.

12. Tu. Ex quo poteram concipere ius-
tam redamationem, nisi ex te? Verumtam-
en quis ita responderet, nisi tu? Summa
claret protervitas, proccacitas, ac improbi-
tas, quòd invitem ad veniam, & non acci-
pias: igitur ita dedita gloriaris secleri, ut
nec requiras facta, quæ ad pacem tibi. Tu.
Quid faceres sine me? Tu quid? Ex cunctis
nationibus magis dignata, sed cunctarum
ingratissima; etenim ubi ex ingratitudine
reverte, par erat, criminis penitentiam; fa-
gittis ipsis gratiarum confosis benefactio-
nem. Tu. Tu, quæ gratijs irata, & ab ira-
cundia commota, non mota: imò ita mihi
adversa, & odio imbuta; ut modò me, qui ita
diligo perdes, nequaquam te revocavit,
quòd perites.

13. Et quidem in hac die: subdit. In hac
die si cognovisses: Quo die? Hac, qua in-
gredior ad te in tuam salutem, & beatio-
nem, etiam sciens à te & mihi præparatam
crucem: à te quæ salutem fugis, dum debe-
bas querere; & mihi tam largè benefactori.
Fugis: Sequar: utinam consequar! Declinas:
Curro, ut comprehendam: sed frustra venio,
si mortis causa, eò quòd multa signa facio.
Exprimis consilio malitiam, verum invenies
clementiam. Non cognoscis; at quam utile
si vel modò cognovisses! Igitur si adhæreres,
ut ius elaret, penitentia; invenires clemen-
tiam adhuc quidem in hac die.

14. In hac die. Difficillimè ingenia pra-
va reducuntur ad amulsum, cum quorum-
dam quò plus debent, magis oderint. Atta-
men vel utilitas torquet, vel incommodum
urget, ut sibi consulant in abruptis desiderijs
propeffionis, & procedant in legem pro
bono

Et non
curvari
indul-
gentia.

Sed
etiam
contra
stimu-
lum cal-
citare.

Ib. v.
43.

Deni-
poe-
nitiis
presso
adesse.

Et quæ-
rit.

Egrè
fertur
sereri
non posse

Et corda
humana
lapidea.

Ac mala
ex pro-
tervitate
non cog-
nita.

bono pacis. Nihil ex his te allicet ingrati-
sima civitas, vel in hac die qua mei peccatoris
exuberat charitas: etenim ubi tui refert, me
querere, vel potius te beneficio; quasi mea
interesse ad te misericors venio. Plura do-
lent in hac die, qua alta mente inhærent tene-
ro cordi: sed in pietatis templum, in ele-
mentis thronum, quòd ægrius fertur ab
amore, dirigit iaculum. Sagitta ingrati-
tudinis fixa est in recondito habitaculo peccato-
ris, sed dolor patuit in oculis: siquidem plo-
rabile omninò, dum ad te venio, quòd per-
sistentia protervix, sias in hac die indigna
misericordie. Doler ex offensa peccati, sed
ex eo quòd non dolcas, dolor summus: igitur
non possum parere; & stemma meum
nobilius nonnunquam fuit misereri.

15. In hac die. Nanciscere occasionem,
quæ forsitan non erit ultra hunc diem. Hodie
si vocem meam audieris, salutem habebis
hodie. Audi. Noli obdurare cor, si forte
sit spes. Noli, quippe venient dies in te, &
circudabunt te inimici tui vallo, & coan-
guitabunt te undique, & ad terram proferent
te, ac non relinquent lapidem super la-
pidem. Arripe in hac die fugitivam occa-
sionem: etenim si videris ruinam, clamabis
& non exaudiam; quoniam tunc habebis
vindictam, quem in hac die sprevisse defen-
sorem. Tu te ipsam accufabis, & vel tunc
non respicies: ideo ex cognitione iustissima
calamitatis, & lachryma manant ex oculis;
quandoquidem contriti lapides provocant
te in criminis penitentiam, ac ex contritio-
ne illorum nullam discis contritionem. In-
durasti faciem tuam supra petram, offensæ
addens pervicaciam: igitur lachrymis di-
gnum, quòd facta sint in exemplum: quinimò
corda humana sensibilitate careant, & lapi-
des insensibiles tuam erga me insensibilita-
tem scissi sentiant.

16. Quid prodest obstinatio, & invat
ingratitude? Quiete vivere potes, & non
vis vivere quiete? Si semel pietas dimiserit,
quid de tot vacuis cogitationibus erit? Veni-
tate ad me omnes qui laboratis, & onerati
estis, & ego reficiam vos. Induratum est cor.
Mollecat vel in hac die: non erres corde: si-
quidem dum confanmatur iniquitas, vel si
quereris, quia serò, forsitan non subsistet pi-
etas. Quanta feci in tui conversionem cor-
dis, ut placidè viveres! meum sanè conse-
beris laborem, velis nojis. Aperui crimen,
ut te ad penitentiam provocarem, at tu in
malis exultas, cum dolere debeas; simulque
cor meum arcte comprimis in lachrymas:
sed magis, inter bona cognita, & mala in-
cognita (qua à clementia, & iustitia) vi-

sera torque intra abdita peccatoris, quòd hæc
omnia abscondita sint ab oculis tuis, & con-
struas vindictam ex officina pietatis.

17. Perpende rationem. Venient, quas
fugiendo queris sollicitè (quasi deficerent
pena): cunctæ præfata calamitates in te, eò
quòd non cognovisses tempus visitationis
tuae. Difficilis videtur obiectio in huiusmo-
di causa. Tempus quo Christus cum illis
conversatus, est, dicitur tempus visitationis;
quòd Scriptura signat tempus iustitiae vin-
dictis. Ita Isai. 10. 3. Jerem. 49. 8. Ezech.
9. 1. Ose. 9. 7. Mich. 7. 4. & 1. Petr. 2. 12.
Si adventus Domini eximia gratia, & om-
ninò clementia; quomodò tempus erit vi-
sitationis, tempus amplioris erga populum
ingratum benignitatis? Quia ingratus: nula
in iudicio divino acriora criminum capi-
ta, quàm beneficia: unde tempus affluen-
tiam gratiarum convertit Ierusalem in iusti-
tiam utricum; quoniam non habuit de spre-
ta gratia minimam excusationem. In huius-
modi causa, cui gratius suffragabatur amor,
cessit iustitiae sententia: tempusque exuber-
rantis benignitatis convertitur iurè in tem-
pus visitationis; quippequàm in amoris iu-
dicio maxima obiectio, iniurijs maximis re-
sponderet beneficio. Quæ non cogitavit cha-
ritas, ne irritaretur tot offensis saturata pi-
etas? Concessit dona, & etiam dimisit debi-
ta; sed omnia frustra: quapropter clemen-
tia excanduit, & quia ingrata Ierusalem be-
nificijs non respondit, & quia illa cui plus
indulgento donavit. Insuper profurum, cui
gratia remissionis maius debitum; & habens
preteritum, mittit in faciem pertusum: ideo
plorat super civitatem, cognoscens penam
& crimen: igitur nemo lachrymabilis ma-
gis, quam qui non cognoscit tempus visita-
tionis. Ploras? Ploro, quippe abundans
crimine. Ne dimittas eis secundum multi-
tudinem impietatum eorum expelle, quoniam
irritaverunt te Domine. Quid ad te,
si in casum laboras? Doler laborare in cas-
sum. Quid lachrymæ profant? Doler, quòd
non profant lachrymæ, & me plorante ma-
neat oculis ficcis, cui cogruerant vel lachry-
mæ sanguinis. Charitas imitat instantem-
mando peccatoris, vel si cum ut propia sentiat,
quæ aliena mala; doleo, quòd dolere
debet: & doleo, quippe non dolet.

18. Nota summæ charitatis expressio-
nem. Ubi Christus Dominus magis fatagit
humanæ salutis, est in hominum articulo
mortis: igitur cum ab illo pendeat penæ
vel felicitatis aternitas, flagrans eius peccato-
ris charitas, quasi exhalat animam; ne pe-
reat ex hominibus quipiam. David utique

Ibi. v.
43.

Anor
Christi
in pecca-
toribus.

cognovit ingenium; dum ita infirmus, ac in huiusmodi articulo, clamabat ad Dominum: *Anima mea turbata est valde, sed tu Domine usquequò? Quid? Permittes animam turbari, vel usquequò turbaberis? Usquequò patieris? Ait N. Genebrardus hic, Quis patitur? Quis turbatur, infirmus, vel Dominus? Dominus, & infirmus: infirmus propter languorem, Dominus propter languentis salutem. Aptius dicam: proximus iudicio Dei erat David, de quo omnis creatura suspiria parturit, & ingemiscit. Turbatur valde anima infirmi, an in causa exeat optata sententia; verum iudex turbatur, ne arcensius cadat causa: igitur ita salus hominis ab illo desideratur; ut cum anima turbata de turbatione turbetur. Usquequò: usquequò anima turbata in mortis momento, egrediar cum palma de frigidissimo iudicio: siquidem incommoda intendit aliena, quasi interesset & sua. O summa Conditoris, & Redemptoris dilectio! In articulo mortis hominis turbatis; & illum iudex, & advocatus in iudicium ingeris; ut vincas cum in illo iudicaris. Ni iudicareris cum illo, de illo haud esset in te turbatio: & de moribundo, ac te idem predicatur mutuo; quippe alit viscera tangit, quod vadat in ignem, pro quo sudidit & toto corpore sanguinem.*

Psal. 6.
4.
Genebrard.

Parum charitati videtur, ni quod patitur bono, si malum patitur.

Id.

Isai. 67.

67.
67.
67.

Dolor expellens dolorem.

Ubi dolens in doloribus non dolet; pessima plaga: ubi dolet, bonum signum; quia quæ plaga, medicina: ideo dicitur *Clamamus*, quod mestitudinem æquè ac exultationem significat: quandoquidem si pœnitentia, pœnitentia exultabit. Hoc habet dolens in doloribus suis. Quid ergo charitas in doloribus alienis? Semper clamat. Clamat mestitudine, quia de non dolore dolet: ac clamat exultatione, quippe de dolore gaudet.

20 Quam ingeniosè S. Pater Benedictus acumen expressit, ut charitatem Prædici commendaret! *Ergo aequalis sit ab eo omnis charitas*: ait cap. 2. *Regul. Sancti*. Non charitas, sed omnis charitas? Quid, & qualis charitas omnis? Quæ se extendit ad omnia, & bona, & mala. Si subditus in via Dei proficere, gaudet: si deficit, dolet. Perfitit? Perfitit, ut revocet, quousque in latidorem mentem redactum iudicet. Qui subditum alium a se, ut fovet, & faveat contemplatur, habet utique charitatem; sed non omnem: ac omnem debet exhibere charitatem; quippe ita mala aliena arbitrandæ sunt ut propria; quod de dolore pœnitentis gaudet, & de non dolore dolet. Non gaudet charitas super iniquitate. Flet cum gaudente; gaudet cum fente; igitur mororem, resipiscenti ex dolore subfidium, iudicat commodum. *Dolor meus super dolorem*: aiebat Irenæus, ut vidimus supr. num. 6. Maluenda legit: *Refrigerium*. Apè contraria sunt contradictione coherent: quandoquidem ex dolore pœnitentis refrigerium oritur charitatis. In multis, quoniam abundat iniquitas, refrigerit charitas. Non omnis charitas est. Prælat in omnibus bonitatis pretiositas, si instat, ubi abundat, ut non abundet, iniquitas: siquidem non ita coruscet excelsa, ni incommoda aliena, sicut commoda, medietaretur ut propria. Canit Guilielmus *Hesius lib. 3. Embl. 18.*

Dolor pœnitentia dicitur.

S. Benedictus.

Quid est omnis charitas?

Irenæus, 8. 18. Maluenda.

Hesius.

DIDASCALIA IV:

Deo nihil tam alienum, quam in homines supplicium.

1 Nquit iurè Lactantius Firm. de *Ira Dei*, cap. 15. Prona eius natura ad ignoscendum, qui non lætatur in perditione vivorum. Mortem igitur non fecit, sed ho-

LaG. Firm.

Quam Deo violenta est finis vindictæ.

Ovid.

Genes. 6. 6. 7. Dolet, dum pœnit.

Quomodo in Deo labor servitium in ex bonum in peccatis.

Isai. 45. 24.

Falsitatem iniquitatis sub specie religionis.

homo sibi ultrò crimine, atque discrimine sumptit. Pater itaque vel in vindicta ingenij divini bonitas, ubi non proprijs armis puniret offensas. Dissimulat peccata propter pœnitentiam, & eius accenditur ita propter perverciam. Nihilominus tamen inter crebras iniurias, qui ad præmia velox, est piger ad penas.

Quique dolet, quoties cogitur esse ferax. Ita vel Ethnicus lib. 1. de Ponto Eleg. 3. Quam bonus Israël Deus, vel his qui non recto corde! Iustus est, & rectum eius iudicium: quippe tunc rectum, cum iudex habet in manu virgam, in oculis lachrymam, in corde tristitiam. Quasi lallus Dominus patientiã tantã, illusa etiam conatibus indulgentiã, ferre non sustinet, de illo præclare meritis, iniquitatem, *Delebo inquit hominem*. Dixit, offensis petitus, in obsequium iustitiæ vindictis; verum magis vulneratus iustitiæ, & misericordia. Ab hac trahitur, & ab illa retrahitur. Pietas invitat ad veniam, iustitia compellit in vindictam. Nemo potest duobus dominis servire. Quid faciendum, dum urget pro iustitiã etiam delictum? Decreta respicere legis, cui servire debet Princeps. Servitus molesta est: servitumque vocat, ubi homines pro sceleribus castigat; quoniam nihil illi magis molestum, quam subscribere vel iuxta legem supplicium.

2 Intendamus in eius æstimabilem querelam, ut miremur pœtoris pietatem insitam. Peccavit, uti forebat geminatis criminibus Israël; quoniam cogitavit, ubi non ultra intentione sceleris, ultra invenire extensionem. Tædium Dominum malicia, sed indultitiam: quæ ita dignatus (ut offensus corripere) multiplicacione instavit. Unde iustitiæ, & clementiæ medius Dominus, loco fulminis in transgressorum ruinam, huiusmodi vibrat patientissimè sententiam: *Servire me fecistis in peccatis tuis, præbistis mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me*. Cuncta igitur iustitiam, ut clareat in Deo de correptione violentia.

3 Aliqui servitium Dei arbitrantur iniuriam, speciositate cultus Dei artificiosè larvaram, ita ut magis hæret cordi iniquitatis iaculum, dum pœfitebat obsequium. Ideo apud Ezechielem de Idolo zeli iusta querimonia, igitur posuerunt signa sua signa: nihilque magis pungit Dei veri penetralia pœtoris, quam iniquitas sub specie religionis. Dominus ut iustus, est nonnunquam, quæ protulit, legis & iuris; quippe ut salvet iustum, & iudicet impium, verbum Domini manet in æternum. Ubi mores iuxta legis decreta, voluntas humana aptatur voluntati Divinæ: ubi verò lex iuxta decreta privata, lex servit peccatorum voluntati, quæ quidem amplius in perniciem secuta, splendore legis, ne cognoscatur, fucata: & queritur

Deus de servitute pro peccatis Israël, quoniam quæ non ius, dicebant ius: lexque servabat inverecundè peccatis, dum vagaretur crimen fæ larva legis. Ideo supra dorsum eius fabricaverunt peccatores, atque prolongaverunt iniquitates; ortaque fuit transgressorum audacia, ex huiusmodi patientia. Patientia, quia indulgebat adinere, quæ proprij iuris: audacia, quia lex illorum in decreta legis: servitute fecerunt in peccatis, quippe titulus legis in illis tulit, quasi suis seapulis obumbraret. Hispanice vigilantissimè: *De tanto sufragamento se atrevieron a las culpas, como si Dios para la transgression biciera espaldas.*

4 Aptior later sensus. Servitus hic accipienda pro molestia, quoniam servitus nulli incunda. Dominus est misericors, & iustus: nihilominus tamen miseretur. Clamat ante illum culpa: accedunt simul iustitia, & misericordia. Ab hac trahitur, & ab illa retrahitur. Pietas invitat ad veniam, iustitia compellit in vindictam. Nemo potest duobus dominis servire. Quid faciendum, dum urget pro iustitiã etiam delictum? Decreta respicere legis, cui servire debet Princeps. Servitus molesta est: servitumque vocat, ubi homines pro sceleribus castigat; quoniam nihil illi magis molestum, quam subscribere vel iuxta legem supplicium.

5 Iaspere. Corripit sæpe Dominus, ut corrigat; quippe etiam flagellis deviam humanam voluntatem emendat. Favet ut chirurgus vulneri, specie nocendi, studens vel in exacerbatione animarum medicamini. Latet agnus, & dum rugit ut leo. Aliquando accedit punitioni, verum accedit iuvite: ideo dicitur, servire in peccatis delinquentium, vel dum crimina vindicat citra condignum. Servus sui iuris non est: vocatque Dominus vindictam malefactorum, propriam cordis servitum; quasi sui iuris non esset, dum decernit correptionem. Clarius ergo, Sui iuris non esse, est carere libertate, ut patet in servitute. Omnis servitus violenta est: sæpe quod manus obsequiosè construit, cor quasi vulnerandum refugit: Deusque dicitur servire in criminum punitione, quasi decretum esset in voluntate iustitiæ, non in propria voluntate. Impellit liberale ingenium, ac pietati pronum, in satisfacionem iniuriarum urgentia criminum. Respicere clementiam vel illi offenso incundum: iustitiam verò, violentum: unde verè servit in peccatis plectendis, cum vulnere libertatis; quippe quàm vel in voluntaria vindicta accedit iuvitè, cum accedat ad penam tactus dolore.

Et crimen sub larva legis.

Deo mælestia, subscribere vel iuxta legem supplicium.

Fert egre.

Accedit causa.

Et cum dolore.

Ierem. 8. 18.

6 Protulit per Ieremiam. Dolor meus super dolorem, in me cor meum marcens. Dolor etenim cordis expressit dolorem, ut pietas lucret calligans iniquitatem. Doleat de offensa, pro pena clamitat punitiva iustitia. Coactus infert, sed infert: afflicto dolo, & dolo etiam qui affligit: unde inter penam, & penam, cum respectu Dei sic illa adversus innatam misericordiam, & respectu peccatoris consequens commissam culpam; meret Deus, & meret dolore cordis, quippe dolor illati supplicij super dolorem patientis. Perpende contextum. Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, & mordebunt vos, ait Dominus. Dolor meus super dolorem. Singularis utique, quoniam non apta conexio. Dolent, quos reguli mordent: verum Dominus mittens? Dominus. Dolor inerat illis ex morfu regulorum serpentium, immisurum a iustitia pro pena criminum. Dolor etiam Deo, quia illorum dolor signabat ex lege vindicem: sed dolor vindicis Dei est dolor super dolorem; quoniam in clementi peccato, mitique genio, pravaluit dolor de dolore misso. Crescit causa ex pietate divina. Non quasque serpentes, sed regulos decevit iustitia mittere, in satisfactionem transgressionis, & offensa. Mortuus reguli, lethalis, ut asserunt Plinius lib. 9. cap. 18. & Solinus cap. 30. De qualitate hominum amaritudine Dei exacerbat amor: verum cum regulos mittit, super dolorem est dolor: igitur mors sequitur latenter crimen, & ille non vult peccatoris mortem.

Magis dolo de pena, quam cui dolent.

N. 17.

Doleat, quid pena exprimat vindicem.

De quo plus dolent?

Ib. v. 25.

Quid?

7 Etiam notanda sequentia. Dolor meus super dolorem :: Quare ergo me ad iracundiam concitaverunt? Doleo de dolore. Nunquid ultra pro dilectionis lemmate? Patet ingrati, proiecitur animi crimen, dum ita affligit ex dolore dolentem. Alios persequi, esse non fas, pro cogitatione sit: verum & me? Nec curvam faret iudicium dure cervicis, in suffragio opposita cognitionis: etenim quorocumque de illata pena iustissima pena; quod acri debuisse inverecunde offensum de illata iniuria. Si ita in me ingenij nobilitas, quare ergo iniquitatis protervitas? Non est mei conturbare, quos condidi, sed favere. Accessit crimen, & doluit. Patiens sui, filii, an tolerantia quiesceret irrequieta malitia; sed rursus fractum est ius, & dolor meus renovatus est, eod quod ex fiducia estimabilis tolerantia, vel in desperatione arguerentur, vel germinarentur offensa. Etti dolui, parcere tamen decreveram; ceterum ne parcerem aliam summiserunt noxam: quo dolor meus super omnem do-

lorem; eod quod me, & ad iracundiam provocarent.

8 Fige volucrum, vagumque cogitationis acumen, in sententiam eius, qui cognovit Dei genium summe clementem. Tu es Dominus altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors, & penitens super malitias hominum: dicebat punctus, & compunctus Manasses flexo genu fracti contritione cordis. Dicitur irae altissimus, dum pradicatur misericors: igitur in Deo oritur magnitudinis causa ex peccatorum immanum magnitudine remissa. Scrute sane maiestatem excelsum, non aliter, nisi secundum magnam misericordiam. Vel Profanus agnovit: de ira itaque Cæsaris ira loquitur lib. 2. Trist. Eleg. unic. v. 29. Illa quidem iusta est: nec me meruisse negabo. Non adeo nostro fugit ab ore pudor. Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses? Materiam venie fors tibi nostra dedit.

Retorsit dextre nostro proposito Hermanus Hugo in Pij Anim. desider. lib. 1. Gemit. 6. Quid quod & egregij dederim tibi muneris ansam, Materies laudis dum mea culpa tua est. Nam nisi peccassem, quid tu concedere posses? Clementis nomen non habiturus eras.

9 Inter huiusmodi attributa, quod altius mentem acuit est ly Penitens super malitias hominum. Sensus literalis obvis claret per spicuas: igitur si abundaverit malitia, in Deo superabundabit & gratia; ne desperet homo, estd conscientiam premat scelerum multitudo: equidem post regnum peccata projiciet, ac in profundo maris pietatis summerget, destruetd omnino malitia, si accesserit penitentia. Altiozem sensum verborum, & volupe delicabo. Super multoties in Scriptura pro De. Psalm. 20. 2. Super salutare tuum exultabit. Id est, De salutari. 1. Cor. 13. 6. Caritas non gaudet super iniquitate. Hoc est, de iniquitate. 2. Epist. cap. 9. 15. Gratias Deo super inenarrabili dono eius. Et sic alia. Pariformiter ergo hic Super malitias intelligendum est, q. d. De malitias hominum penitens. Modò intende. Cui congruit penitentia, offenso, vel offensori? Penitentat ergo homines criminum, non verò offensum de malitijs hominum. Deus namque extra huiusmodi causam: Neque enim homo est, ut agat penitentiam. Extra causam est, & agit, quoniam amor impellit. Ad illum spectat reddere unicuique secundum opera sua. Si interest confessio, magnificentia opus eius. Cadit incunde in decisione causa, quippe cum confessione,

Manasses.

Aspiciendo Deo ex clemente magis iustissime.

Ovid.

Herm. Hug.

Major est Dei clementia quam hominum crimita.

Super pro Deo.

1. Reg. 15. 29. Iustitia non fruitur acria corpe crimita confessio.

& quieti in sempiternum manet iustitia. Ideo magna opera Domini: sed quod exequitum inter omnes eius voluntates, est quod iustitia reatet, & crimen evanescat confessione criminis. Hoc vel offenso in-cundissimum; quia sanat contritos corde, & alligat omnes contritiones eorum. Accamen quia superbis resistit, super malitias hominum iustitia favor, relictis oliva legum suffragatione, atque in protervos vibrato triftico fulmine. Maijia sibi conciliat cum offensa vindictam, que Deo gladius acutus pertransiens animam: unde de hominum malitijs amarissime penitet; quia de vindicta maliciarum iniurie dolo: etenim nullum illi gravius pondus, quam huiusmodi de punitione conflictus.

10 Fleatur ergo fluminis impetus indultria lecti in praefatum auctoritatem ita. Servire me fecisti in peccatis tuis. Theodoritus: Scelus in peccatis tuis. Versio iustitia: sed quid studeat? Noxam sequitur pena (quam subscribit divina iustitia) iure gravans peccatores, late transgressores legis. Gravior pena ob ingentiam pietatem est indulgenti, quam meritis toleranti. Sententia iustitia est: & cum Deo iusta obiecta crimina in huiusmodi necessitate sit; dum merito affligit persequitionis hominum, studeat quomodo exeat de indulgentia pena gravitate. Hinc pro Taculo dolore cordis intrinsecus, ut vidimus in Exposit. Liter. num. 1. Septuag. & Augustinus legunt: Cogitans, & Recogitans. Doler, & cogitat, ubi hominem exterminio destinat, & verberibus affligit? Uti que: atamen quid cogitat, quando dolo: Homo profecto punitione perdendus, quod quidem Conditori molestissimum onus: & cogitat in huiusmodi iustitia, quo ingenio liberabitur a sententia amaritudine; quippe in inferenda pena tangitur cordis dolore.

11 Aliter, sed proposito legit Codex Complutenus, Hieronym. & Cyrillus hic, atque Eusebius lib. 10. Demonstrat. etenim Sed in peccatis tuis descendit te, verum pro Vulgato: Servire me fecisti in peccatis tuis. Aptè vocat servitutem, defendere quod non habet defensionem; utiturque erga populum ingratum huiusmodi demonstrationis obsequio; an retiperet fide tantæ peccatoris ingratitude, præcognoscens iudicem culpæ ostensum, & pro culpam penitens vindicem recognoens advocatum. In peccatis tuis descendit te, dum causa elicit sub iudice. Studii, diversa pro te in legibus cogitavi: verum defendi te frustra, tua te contra arguente conscientia: igitur cum omnia

12 Intereidem ibidem. Præbisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Laborat, qui patitur aliquam vel corporis, vel animi amittendum: & quem protervus populus a iustitia paribatur, Deus dicit propriam laborem; quoniam eius amor ob clementem iugentium labor, ubi a vindicta inierat pravaricatori dolor. Dixerat pridem: Laboravi sustinens. Quis non? Ille sane. Laboravit sustinens, & laboravit non sustinens. Laboravit sustinens, quia pepercit: & laboravit non sustinens, quia non pepercit. Quia pepercit, crimem committente, transgressor augebat iniquitatem: quia non pepercit, si quidem corripiente, correpto, & sibi magis ira fovebat dolorem: quandoquidem ex dolore, pro iniquitate in illo, quem merito pravaricatori habebat; pietas clementia exuberans intemescere laborabat. Præbisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Ne prebeas, igitur vides erga te quam longe raudet charitas. Haud dederis, ne loam indignas, dum dederis dignissimas penas: etenim urges, ut licet invite, faciam, de quo amarissime doleam. Vernacule vividus: de originem in vapores postadumbres, de que le pongan in estas praefationes.

Tom. II. Taut.

militarent contra legem, nullam invenit pro peccato exentationem. Defendi te, ut defenderem me: etenim data pro meritis causa sententia; magis quam te iustitia, me pro te sagittabat misericordia. Quadrat acutissimi Complutenis editio: Profero me opposui in iniquitatibus tuis. Me mihi opposui, & pro te contra me decertabam in tuis delictis, damtaxat scuto bonæ erga te voluntatis: sed cum arripere scutum, quippe stitibus ardenter supplicium, provocatis crebris sceleribus iustitiam; scaram illud nec pro me, nec pro te habebam: non pro te, quoniam iam nadas patebas sagittis gravioribus itate iustitia: non pro me, quia opprimebant intemescere reia elationis.

13 Proferit illic: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Perioidas namque acantis fœta, dum videtur ex contextu magis diversa. Labor in Deo de peccatorum vindicta in ipsa quermonia patet; & statim prononciat: Ego sum, ego sum. Quid hoc, & ad quid? Ut cognoscat quomodo patiens! Ego sum, est iustus, summe clementis. Cur consicit provocata iustitia, quod conciliare poterit penitentia? Ego sum, venire ad me: etenim criminum vulnibus reportabitis salutem, si mihi obtuleritis scelerum conscientiam. Ego sum: quid modo desiderate pro te? Percelleret merito conscientiam accusari-

Et sententiam pro con-

Bibla Compt.

Coastitue factis elementis suffragatur iustitia.

Ubi sup.

Ubi lahor, quod peccatoris dolor.

Ib. v. 14.

Et quod corpe labor in decreta pena.

Ib. v. 24.

Quomodo clementis Deus.

sem, si ego non essem: verum ego sum, & ero, qui corvor cordi contrito. Ego sum, & ego ipse. Ex gellis, & temporibus transactis cognoscere potes me. Ego ipse sum. Quantum vis offensus, si veneris, inscipiam te. Plus remittere possum, quam cogitare potuisti in ambitu iniquitatum. Sum ego ipse. Patet iraque: si alius essem, propter iniquitates iuste delerem homines: verum sum ego, & ego ipse; quoniam ab hominibus deleo vel vindicta iniquitates: etenim non mortifico ut mortificem peccatorem; sed ne perficem de quo alibi.

Ibid. 14. Scopo Didascalie. Ego sum ipse (ait) qui deleo iniquitates tuas propter me. Cogita in huiusmodi misericordia, ly Propter me. An quia eius in nos clementia, nullis officijs etiam dignatorum provocata? An quia sub merito prima gratia non cadat; & se respicit, ut nos respiciat? Altiora innuit. Dum in corde hominum foventur iniquitates, in arcu iustitiae sunt sagitte potentis; quae contumaces dissipat, destruit, suffocat: verum cum invitus ad fulgur accedat, & ex violentia iustitiae pectoris mansuetudinem auget; propter se deler seclera: quippequam quae iure perpetuantur praevaricatores mala, inferenti vindictam sunt molestiora. Propter se semper, licet propter illos, peccata dimittit. Propter se nonnunquam & ignoscendo, & insuriam vindicando. Ignoscendo, quippe indulget gratis gratia: vindicando, quoniam pro meritis exercetur iustitia. Clamat in iudicem iniquitatum vox: atque deler Deus & cito tot iniquitates propter se; igitur simulac audaces comprimunt penarum criminum pondus, tangitur ipse dolore cordis intrinsecus. Propter se iniquitatem remittit, verum supplicium propter se facit.

Ibid. 15. Consule videas. Dominus super praevaricatores irascetur: ut faciat opus suum, alienam opus eius: ut operetur opus suum, peregrinam est opus eius ab eo. In iracundia Dei, opus alienum & proprium? Si opus suum, quomodo peregrinum? Irascitur utique, esto iuste, peccatori: & alienum erit in opere suo supplicium, prorsus ab indole, cui proprium est misereri semper & parcere. Contraria propria non sunt: & opus suum, id est iustitiae suae decretum supplicium, vel dum peragitur, praedicatur alienum, quoniam homines pledere, est opus peregrinum, quasi novum. Mirissima namque Dei natura, cui pro ingenio innata clementia, quoniam ipse cognovit figmentum nostrum, atque ex nobis gerere occasiones certaminum, ubi modo victores, modo vi-

si, quoniam varij sunt eventus belli. Castigar multoties, quia exigunt vindictam iniquitates: ceterum hoc opus plane suum est, & alienam ab eo: suum, quoniam ab illo fit verè punitio: alienam, quippe si punitio, non ex animo.

16. Aptius interpretabor. Suum & alienam opus. Iuxta merita, licet citra, iustitia eius destinavit supplicij fractores legis. Hoc opus eius, quia iustus: nihilominus opus huiusmodi iudicatur alienam; quoniam antequam mittat supplicium à legibus destinatum, peccatores sibi fatigantes acquirunt. Individuis comes iniquitatis est poena, quam emittit voluntas consensu grava. Poena, quia dura, renuit: iniquitas, quia placet, ambitur: sed cum sint lubi eodem indissolubili fume; contrahit homo gravem poenam cum voluit iniquitate. Patet ergo à Deo quam aliena nocendi voluntas, dum longe fecit à nobis iniquitates nostras. Deus clemens est, sed ignis ante ipsum praecedit. Unde cum materia criminum, secura portet pulverem tormentarium, quicumque delinquens furiose ad ignem accedit, uti

Semele miserabilis ardet. Ira in Deo materiam habet: dixit Lactantius Firm. ubi supr. n. 1. Apposuit: igitur si homo materiam iniquitatum subtrahit, ignis non languescit, & evanescit. 17. Saepe Scripturae usus, ut fulguri conferatur vindicta Dei. Deuteron. 32. Si accuro ut fulgur gladium meum. Psalm. 17. 15. Fulgura multiplicavit. Zachar. 9. 14. & passim in Apocalypsi. Idem apud Profanos. Ovidius lib. 1. Metam. Fab. 5. Tunc pater omnipotens misso perfergit Olympum Fulmine.

Atque Horatius lib. 1. Carm. Od. 3. v. 40. Iracunda Iovem ponere fulmina. Vide plura apud Vincenium Chartar. de Imag. Deor. fol. 108. Modò igitur intelliges, quo pacto ira Dei habeat materiam, & peccatores sibi quaerant iniquitatum vindictam.

Iuxta Aristotelem lib. 3. Meteor. cap. 1. fulmen nihil aliud est, quam exhalatio densior, orta ex vaporibus emissis a terra, & elevatis in aera, quae quidem accenditur per calorem nimium, & agitatione conceptum. Hinc rupta nube fulmen volare in stragem tangit, unde materiam accipit. Aliter infra n. 20. cogitabo. Fulgure terra quatiunt, sed materia fulguris est e terra. Caelum vaporum nihil habet, quicquid fulmen in terras iaciat; ipsa terra in sui cladem vaporibus sub-

Sibi per se inuenit.

Ovid. Lactant.

Deuter. 32. 41.

Ovid.

Horat. Sibinem synbolum ira Dei.

Ex quo fulminat.

Improbi commissi scelere, illud exhibent in instrumentis supplicij.

Luc. 21. 27.

Isai. 19. 1.

Psal. 103. 3.

Materia vindictae subministrans.

Crimen quomodo fulminat.

Ibid.

Scandalum, quam grave delictum.

subministrat. Ideo si absentia à tellure vapores, fulmina haudquaquam persequerentur mortales. Pater quod hominum malitia quaerit sibi, & construat mala: equidem ira Dei non exerceret vindictam, nisi iustitiae eius parata crimina subministrarent materiam. Ascendunt utique uti densi vapores in caelum iniquitates: & quae ascenderunt scelera, descendunt fulmina; quoniam materia vibratorum fulminum, aliunde haud sumitur, nisi ab officina iniquitatum: caelum etenim non habet, aliunde quaerit, dum fulmina mittit. Unde peccatores studentur furiose illicite voluprati, crimina extollunt in instrumenta supplicij.

18. Prinquam alia acumina in praedicta auctoritate deliteamus, alius inflat quam feliciter occursum. Praemisit tor tribulationibus in iudicium hominum universale. Tunc (ait Ascitor N.) videbunt filium hominis venientem in nube cum possestare. Haud novum in paginae folijs Sacrae, quod ius dicitur construat folium ex nube. Ut contereretur simulachra Aegypti per Dominum advenientem, iuxta varicinium Isaia, ascendit super nubem: atque ut in vindictam levioerem exhiberet vehiculum, posuit nubem ascensum. Sit. Verum quare? Nonne thronus gloriosior ex alia caelesti materia, maxime si de throno procedebant & fulgura & tonitrua? Nulla sanequam aprior, ut exprimat & peccatorum, & iustitiae furor. Nubes vapor est elevatus à terra, in qua materia fulminum etiam elevatur inclusa: & super nubem Iudex sedet, bellum indicens iniquitati; quoniam thronum fabricant peccatores quiescentem in caelo iustitiae. In nubes, ubi fovetur futura materia fulminum, commutati sunt iniqua cogitatione vapores iniquitatum: statum arrogantiae, & contenta conscientiae agitatione, intendunt improbi exhalationes accendere: atque in nube sedebit iudex, cum venerit iudicare; quippe quae miserunt fursum uti vapores peccata, retorquentur in illos tanquam fulmina.

19. Tunc videbunt inquit. Tunc, quippequam pridem non viderant: tuncque videbunt tor fulmina in iustitiae throno pro vindicta fovisse, quot crimina commiserunt. Tunc videbunt. Quid? Filium hominis. In te gerimum videlicet iudicem, quem spreverunt elementem benefactorem. Tunc videbunt in nube fulgida, sede lucida, quantis pateant tormentis saeculi scandala. Vapor qui incubat terris, non nubes, sed caligo est: fulmina tantum gignit, qui fursum sit: tunc videbunt virtutem fulminis, qui insipienter gloriantur in malefactis: igitur tunc

Tom. II. last.

fulmina sunt in ruinam malefactorum, dum crimina, vaporum admittit, tolluntur in altum. Vapor iniquus videtur levis, quælibet cogitatio iniquitatis. Quod fulmina producant sua scelera non percipiunt, nec intelligere volunt; verum vexatio dabit reuenticibus intellectum: siquidem dum fulmina demittuntur deorsum; tunc videbunt, quid sint scelera fursum. Quando haec erunt: Dixerunt discipuli; & tunc Dominus iudicium praesignavit. Aptè quidem, ut peccatores revocarentur ad mentem. Modò fulmen ex criminibus fit, verum non cognoscunt hoc: veniet in novissimis diebus universale iudicium, & quod illos modò later, tunc videbunt.

20. Iam ergo auctoritatem Deuteronomij referare, pretium opere. Si accuro ut fulgur gladium meum. Gladius hieroglyphicum pater iustitiae. Cur nam non fulminis, sed fulguri acies eius iustitiae respondeat? Fulmen dicitur (ait Seneca lib. 2. Natur. quæst. cap. 57.) quum ignis emittitur, fulgur autem, quum ignis tantum offenditur. Vide etiam Plinium lib. 2. cap. 49. Considera quam dulcis, vel cum rectus Dominus! quando quidem non ut fulmen, sed ut fulgur pro vindicta gladium acuit; quippe non quoties peccant homines sua fulmina mittit.

Alij ergo fulgur pro fulmine accipiunt: sed inquirendum, cur ira Dei fulmini meditante conferatur, ubi gladius in interfectionem inimicorum acuitur? Dicam aliter ac supra, ut sciant peccatores sibi parare flagella. Vapor, ex quo nubes genitrix fulminis, vi solaris caloris in secundam trahitur regionem aeris. Unde cum exhalatio calida sit, ac ibi frigidus aer semper flet; vapores calidi per antiperistasis frigorem contrarium fugientes, reconduntur in abdita nubis, magisque in sui conservationem uniantur, quo magis ab oppositis urgentur; quousque collisione ignescentes, & densiora nubis in lapidem commutantes, concepta flammâ, rupta custodia, aera quatunt; terras concutiant, & flagrant, quousque tangunt; maxime si ignis virtuti resistunt: qui quidem vapores fulmina haud essent, nisi in nube frigora comprimerent, ut ignescerent; & hinc usque in caelum mitterent. Ecce claret quam aptè vindicta Dei similis fulguri, ubi iuste sumit penas de peccatore: igitur fulgura in illum minime mitteret, nisi frigore cordis urgeretur, ut ignesceret: quandoquidem ignis quem vibrat iustitia Dei in praevaricatoris resistentis pondus, vel ex nube quam in ruinam, sibi fecit, exit omnino compulsum. Com-

Matth. 23. 31.

injusti inveniunt, quanta sibi conseruant.

Deuter. ubi sup.

Senec. Deus multoties ne castiget, terret.

Causa fulminis quærit.

Cur fulmini similis vindicta iustitiae Dei.

pulsus: & quia ignis, qui sursum, trahit transfessor in vindictam deorsum; & quia Deus non habet in peccatoris supplicium, ni quod peccator ministravit instrumentum.

S. Be- ned. Succinit SS. Patriarcha N. illustrissimus in cunctis, Benedicimus. Irritatus malis nostris nequissimos seruos perpetuam tradat ad penam. Ita Prolog. in Regul. Ignis furoris spe emendationis extenditur: in fulmen tendit, ubi cordium frigiditate comprimitur: & ut Monachus in sceleribus comprimatur, etiam dum expugnatur illecebris; monet, ne Deus irretitur malis nostris: si quidem mala nostra convertit in fulmina, ac remittit in ultionem mala nostra. Intende in sententiam Dei. Si acervo ut fulgur gladium meum, his qui oderunt me retribuam. Non tribuam, sed retribuam, id est, restituam: quid enim accepit? Injuriam? Non enim facit, dum corripit. Penam? Expers est. Ultionem? In illo iustitia fit. Quid ergo? Crimina ipsa fulmina facta: igitur restituit ut fulmina, quae in caelos homines commiserunt scelera.

Nistra mala nocent nobis. Deater, ubi sup.

Senec. ———— *Fecimus caelum nocens.*
Ignes auget astiferi Canis Titan.
Dixit Seneca in Oedip. Act. 1. v. 36. Caelum utique nobis benignum, & malis nostris irritamus caelum: igitur ignis auget, dum mittimus ignes; qui quidem pietate languescerent, ni peccatores ludiosè flarent.

Zachar. 1. 15. Illustre pro instituto sefe offert testimonium. Ego (ait Dominus) iratus sum parum, ipsi verò adiuverunt in malum. Alius inest literæ sensus, de quo aliàs. Deus offensus, est iratus; sed parum est iratus, licet nimis offensus. Quomodo qui passuri, precibus non declinarunt, sed Deum vindicem ipsi in malum adiuverunt? Gravis manus Domini, ut placeat ietus.

Senec. *Caelestis ira quos premit, miseros facit: Humana nullos.*
Cecinit qui sup. in Here. Octao. Volunt ne miseri esse? Volunt, dum fovent declinabile malum. In formatione fulminis, claritas coruscabit expositionis. Diximus calidam illam è tellure missam exhalationem, ni comprimeretur, esse nequire fulmen; quoniam ex oppressione ab oppositis, in nube tantum concipitur ignis. Ita ergo fit in peccatis. Vapor ascendit, & Deus ne alius ascendant, indulget: nihilominus ascendit alius, & densus; quo Deus, licet non multum, manet iratus. Meditatur flagellum, sed suave, propter se, & in obsequium clementiae. Insistunt tandem peccatores, comprimentes furoris ignes; qui profectò non essent, nisi oppositis comprimerent. Causa, estò levi pœna, per-

acta. Imminebat è caelo vindicta: at dum peccatores effugere debebant supplicium; irratum iudicem adiuverunt in malum: quippequam ignis in nube pectoris foris in penam levem, frigiditate opposita cordium subitò egredite fulmen. Perpetràm intendet, ubi prae mititate cordis minuire tormenta cogitavit. Vivide anima apud Herm. Hugon. ubi sup. Deum affatur. *Pauca tamen pro me, vel pro te (quod magis optem)*

Quae praena ob circumstantiam levem sit gravis. Herm. Hug. *Ne tua fers etiam, sit mala causa, loquar.* Sanè pro Deos etiam dum pro se ab ipsa defenditur clementiae causa, ut pateat quam longè à Deo uti violenta, vindicta. Dicit planè sequens Didascalia.

Herm. Hug. *Verè & facul Amor ignoscit.*

DIDASCALIA V.

Verè & facul Amor ignoscit.

Cecinit Sophocles in Antigone. Iurè quidem: Qui nescierit ignoscere, discat amare: igitur, ut ait Seneca in Hercul. OETAO. Act. 2. v. 355. licet incandescat de laesa maiestate pectoris furor,

Senec. *Perdit vires amor.*
Meritò dicitur pondus: etenim non solum adstringit manus, sed etiam pectus. Cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum, & iustitia Conditoris decrevit pro laesione maiestatis supplicium: at pro humani dilectione generis, decrevit tactus intimo dolore cordis. *Delebo inquit.* Et dolet? Et meret? Facul amor ignoscit, ubi in vindicta iusta iustitiae poenitet. *Iratus Pater*, quamvis metuendus Dominus dicitur à Protoparente Benedicto in S. Regul. Prolog. Quantavis iratus pater, pater. Non tantum illius (apud Manil. lib. 5. v. 318. ut servaret hominem, & sagittis confoderet serpentem iniquitatem).

Senec. *Ars erat esse patrem: vicit natura periculum, Et pariter iuvenem somnoque, & morte levavit.*

Verum, si ne transeat oratio, nubem opponit crimen: *Advoceatum habemus apud Patrem.*
2. Ceterum qua via amor facile ignoscit, si mundo tunc non peperit, neque in novissimo parceret? Vigilanter nescio quis (quamvis carmina tribuantur Manilio, in quo nec legi nisi primum hexametrum, lib. 4. Astronom. cap. 5. v. 17.) in audacia terrorem expressit: *Quanta & pars superest rationem discere nocet.* *Quaestor scelerum veniet; vindexque reorum.* Qui

1. Ioan. 2. 11. *Quid sit in universali iudicio.*

Qui commissa suis rimabitur argumentis: In lucemque trahet, tacitaque licentia fraude. Hinc etiam immitis tortor, pœnaque minifer. Et quisquis verò fuerit, culpamque prodat Proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat. Succinit etiam Seneca in Oedip. Act. 1. v. 44. inquit:

Obscura caelo labitur Phoebi soror, Tristisque mundus nubilo pallet novo, Nullum serenis noctibus sidus micat; Sed gravis, & ater incubat terris vapor. Obvexit arcus caelitem, ac summas domos Inferna facies. Sed omnis aetas priterit, & sexus ruit, Iuvenisque senibus iugit, & gnatis patres. Aruisse satis est.

3. Procul illi Profani: sacer enim Olor (volupè transcribo, quæ reliqua Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc. 2. n. 5. deliderabantur carmina, quia non ibi, sed hic opportunióra.) ita expressit: ut nihil tale in Apollinis antro Sibylla, dictante Phœbo, carmine pangat. Intende, artemque, acumenque mirare.

Verba Iudicij, concusso Calamo, gravi terrore, Timido procedant ore, Corde dolore percusso; Igne de caelo decussio, Dies ira, dies illa Solvet saeculum in favillæ: Polus ardorem subibit, Mundi machina peribit, Tese David cum Sibylla.

Mare motum non silebit: Sol obscurabitur, unâ Sanguini concolor Luna; Valde minax apparebit: Hinc intelligi valebit *Quantus tremor est futurus, Quando Iudex est venturus* Fronte rigidus irata, Ab hominibus parrata *Cuncta stricte discussurus.*

Ut iudicium fiat serio De singulis creaturis, Quæ iacent in sepulchris, Subdite mortis imperio; Angelorum ministerio *Tuba mirum spargens sonum, Per sepulchra regionum* Mortuos iam diu resoluros, In hanc anram restitutos, *Coget omnes ante thronum.* Halitu virescet sumpto Rursus humana propago, Et Dei confurgerit imago Ex cadavere consumpto:

Descriptio iudicij universalis.

In corpore reâsumpto: Mors stupebit, & natura, Cum resurget creatura, E somno serico excitata, Secundum interrogata *Iudicanti responsura.* Omnis caro pendens filo, Tam pessima, quam proficua; Reddetor cunctis perpicua, Reproduceta quasi ex nilo: Clarus enim suo stylo *Liber scriptus profertur, In quo totum continetur, Cuius sigillis apertis Numeris constabit certis Unde mundus iudicetur.*

In loco stabit glorioso Crux, quando reddetur ratio; Ut nulla sit excusatio Vel leviter criminoso: In solio verò ostentoso *Iudex ergo cum sedebit, Quicquid latet, apparebit* Eius iussa referatur: Nihil non verficatum, Nil inultum remanebit.

4. Ergo tunc videbunt cuncti filium hominis, in solio glorioso nabis, ac iudicis maiestatem; præut ingesserit maiestas reverentiam, vel timorem. Libri aperientur conscientiae, uti interpretatur Bernardus de *Convers. ad Cleric.* cap. 2. Conscientiae appositè libri, qua sine gloria affectionum, legetur clarè textus voluntatum. In mundo voluntatis liber abditur sigillatus, vel quia obscura cognitio, ut legatur in pectore voluntates; vel quia, etsi cor pellucet verbis, oculos fugiunt varietate lucis. Hic pectoris libri aperti. Amor, amor: odium, odium; quæ distinctum efformabant intuitum: quandoquidem videbitur etiam iudex diversimodè; quippe videbunt vel odio, vel amore. Iam acta casarum examinata. Qualis iudicis sententia? Perpetua felicitatis, vel damnationis. O momentum! Non curvatur in throno virga iudicis, & urget conscientia in fenaculo pectoris. O momentum! Non est patronus pro humana fragili, miserabili natura, antequam fulminetur sententia? Est quidem. Quis, vel quæ? Dei Omnipotentis Iustitia. O felicitas hominis, ubi delinquentium accusatrix Iustitia sequitur partes! Hispan. *Què felices son los hombres, pues tienen de Ju parte los Fiscales!* Audiat igitur sententia iustitia in huiusmodi questione, & quo fulciatur informatio iure, vel lege.

5. Haud creperum Deus ultionum, quòd

Voluntas humana in iudicio Dei nulla.